

CAROLI SEBASTIANI BERARDI

PRESBYTERI UNELIENSIS,

DE REBUS AD CANONUM SCIENTIAM PERTINENTIBUS

CONSULTORIS REGII,

ET IN TAURINENSI ATHENÆO

DECRETALIUM PROFESSORIS

COMMENTARIA

*IN IUS ECCLESIASTICUM UNIVERSUM.*

---

TOMUS PRIMUS.



TAURINI, MDCCLXVI.

EX TYPOGRAPHIA REGIA.

---

Extant apud GEORGIUM DOMINICUM MARIAM MORANUM Bibliopolam.





CAROLO EMMANUELI REGI  
PIO FELICI AUGUSTO

CAROLUS SEBASTIANUS BERARDI.



QUANTUM mihi Tuis, REX  
AUGUSTISSIME, maximis be-  
nificiis in me large munificeque col-



IN UNIVERSUM OPUS  
PRÆFATIO.



UM aliquando respicerem ad antiquissimam ,  
qualis erat ab ipsa origine sui , sacræ pruden-  
tiæ disciplinam , statim invidendum putavi pris-  
corum hominum felicitati , dum olim populo  
Deo fideli vix in familias , non in civitates ,  
ditionesve tributo , & morum , & indolis si-  
militudine , ipsius etiam linguæ societate con-  
junctissimo , nemine aut Historicorum per va-  
ria sæcula , perque diversas ut plurimum vias  
vagantium , aut Legumlatorum , sive Interpretum , sententia , &  
opinionem difformium lectione defatigando , singula certis rationi-  
bus vel ipsa sola & quidem simplici natura duce , aut definirentur  
illico , aut siqua dubitationem adferrent , levissimo plane ne-  
gotio dirimerentur ; hodie autem ad doctrinam illam adsequendam  
vix ulla hominum provecitissimorum ætas sufficiat , qua fastidiosissi-  
mo linguarum , nec tamen omnium celebriorum cultu , ab ipsa-  
met infantia suscepto , nusquam conficiendo curriculo , qua in va-  
riis Provinciæ , Nationumve consuetudinibus observandis , qua in



IN PRIMUM, ET SECUNDUM  
GREGORIANARUM DECRETALIAM LIBRUM  
COMMENTARIA,

SEU

*De potioribus Ecclesie Dignitatibus, & Officiis,  
æque Scholarum disputationibus, ac Fori  
usibus accommodata*

TRACTATIO.



UICUMQUE scripserunt, Raymundum Pennafortensem in Decretalium collectione ex mandato Gregorii IX. adornanda proposuisse sibi imitandam Triboniani industriam, ne dixerim gloriam æmulandum, in componendo Codice Justinianeo; id potissimum facile demonstrare possent in conspectu primi, & secundi earundem Decretalium libri. A titulo *De summa Trinitate, & Fide Catholica* utraque collectio exordium ducit, & quando in prioribus libellis Tribonianus primum de variis Romanorum dignitatibus, & officiis, deinde de Judiciis editas constitutiones exposuit, eadem argumenta tractavit in primis duobus libellis Raymundus, æquabiliter tamen, ut intra juris Ecclesiastici metam se, uti decebat, contineret; quamquam & ibidem plura recensere debuerit etiam Romano Imperato-